

Sic in celo sunt multa loca id est diuersa merita que tamen sunt paria. qz sicut Augustinum in dispari claritate erat par gaudium. Est etiam valde amplum Baruth in. Oisabel qz magna ē domus dei. et ingens locus possessionis eius. Est etiā lucidum Apoca. xxi. Claritas dei illuminabit illā. et lucerna eius est agnus.

De sancto Dominico.

Sermo primus.

Quasi stella ma-

tutina in medio nebule et quasi luna plena in diebus suis lucet. et quasi sol refulgens. sic ille refulsit in templo dei Eccle. li. Celum spirituale sunt viri sancti in quibus deus per gratiam requiescit. Peccatores autē sunt terra quos deus pedibus suis cōculcat dum eos in inferibili iusticia compimit Isa. lvi. Celū mihi sedes est. terra autē scabellū pedū meorū. Brūs dominicus fuit celum dei. et ideo in ipso fuerunt planete dei scilicet stella matutina. sol et luna.

In verbis ergo promissis assimilatur stelle matutine radiant. lune plene lucenti et soli refulgenti. Stella matutina est lucifer qui quidē est calidus humidus iocundus et solis nuncius. Sic beatus dominicus fuit calidus per feruentē zelū. Uñ dicit de eo. Verba eius ardebāt ut facule. quia in spiritu venerat et virtute helye. Eccle. xlviii. Verba eius quasi facule ardebāt. Dicuntur autē verba sanctorū ignita triplici causa scilicet secundum Ambro. sup psalmi. Beati immaculati. Tum quia mundant. Tum quia inflammant. Tum quia illuminant. Sic verba beati dominici habuerūt virtutē mundandi inflammandi et illuminandi. Ideo visio de ipso apparuit in specie caruli facule et stelle. Nam instar caruli habuit linguā medicinalem per quam mundabat famē culpe et peccatorum. Instar facule inflamabat torporem negligentie. Instar stelle illuminabat tenebras ignorācie. Secundo fuit humidus

per lacrimarū effusionem. Unde de eo dicitur quod de suis oculis quasi quendā fontē effecerat lacrimarū. De isto fonte perdebant aque amare dulces calide et frigide. Aque amare sunt lacrimae per peccatis. Judith. viii. Indulgentia eius fuis lacrimis postulemus. Et quis beatus dominicus peccata talia non haberet adeo tñ per lamētā pernitentie se macerabat ac si peccata talia haberet. Aque vero dulces sunt lacrimae deuotionis que fundunt per celestibus desideriis. Istas habuit beatus dominicus qui in orōne sepe flere consuevit. Unde de eo dicitur. Crebros adiungens sedulis fletus orōnibus. Aque calide sunt lacrimae passionis que fundunt per miseris aliis. Et dicuntur calide quia non fundunt nisi a corde fraterna caritate inflamato. Iuxta illud. ij. Ebor. xj. Quis scandalizat et ego non vror. Istas lacrimas habuit beatus dominicus. de quo dicitur quod deus sibi speciale gratiam prouiderat flere per peccatoribus miseris et afflictis. Aque frigide sunt lacrimae lamentationis que fundunt per incolatu presentis miserie. Unde ps. Deu mihi quia incolatus meus prolongatus est etc. Sancti enim viri multas patiuntur tribulationes. sed refrigerium magnum habent per lacrimarū effusionem. Psalm. Lxxviii. Trāsiuimus per ignem et aquam et deduxisti nos in refrigeriū. Isa. vi. In ueniens refrigeriū animabo vestris. Secundo fuit iocundus et hoc in mente per conscientie serenitatem. Prover. xv. Secura mens quasi iuge prunū. In facie per vultus alacritatem. ut ibidē. Cor gaudens exultabat faciem. In sermone per exhortationis alacritatem et sinceritatem. In peruersatione per amabilitatem. Prover. xviii. Vir amabilis ad societatem magis amicus est quam frater. Et propter istam quadruplicem iocunditatem potest dici de eo quod dicitur de domino Isa. lii. Non clamabit scilicet per impatientiam quia habuit exhortationis alacritatem.

Calamum, quassatum non preter. qz habuit puerfationis cōmunitatem. non exit rufus. qz habuit pscientie feremitatē. neqz turbulētus qz habuit vultus alacritatem. **Quarto** solis iusticie qui xpus est preco siue nuncius. Sicut em̄ beatus iohannes baptista prenunciavit aduentum xpi. sic et iste vicinū credidit preuenisse iudiciū. **Lu. xiiij.** Misit seruū suū. i. ordinez predicatorū vt exponit grego. hora cene. i. in fine seculi. **Missus** est ergo in extremo tpe. qz sicut dicit. **1. Cor. x.** Nos sumus in quos fines seculorū deuenerūt. **Missus** ē ab extremis terre. i. de finibus hyspāie. **Isaie. xlii.** Ab extremis terre. i. a longinquis ego vocaui te. **Missus** est vsqz ad extremū terre. **ps.** In omne terram exiuit sonus eorū et in fines. **Isa. xlii.** Dedi te in lucē gentiū vt sis salus meā vsqz ad extremū terre. **Missus** est p extremo fine. i. p sequendo ipsum deū. qui sicut dicit beatus aug. est finis desideriorū nostrorū. qui fine fine videbit. fine fastidio amabit. si fangarōe laudabitur. **Secūdo** assimilā lu neplene. **Quā** autē luna est plena tunc habet quadruplicē plenitudinē. s. plenitudinem lucis in corpe. virtutis in operatione forme spīe. et imaginis impresse. Sic beatus dñicus habuit plenitudinem lucis in corpe. i. diuine sapiē in mente. Est autē triplex sapiā sicut dicit aug. in li. de quantitate aīe s. qz nocua que est sapiā munda. na. supflua que est pphilosophica. et necēria que est diuina. **Habere** igitur sapiā nocuā est esse lunā vacuā. habere sapiā pphilosophicā est esse lunā semiplenā. habere vero sapiā diuinā est esse lunā plenā. **Beatus** dñicus non fuit luna vacua. qz sapiā mundanam abhorruit. **Fecit** fuit luna semiplena quia sapiā pphilosophicā ptempfit. sed fuit luna plena. qz sapiā diuinā dilexit. **Secūdo** dicit luna plena. qz habuit plenitudinē virtutis in operatione. **In** hōie sunt intellectus et affectus.

Illi ergo sunt luna vacua qui habēt intellectum vacuū dei cognitōe. affectum dei amore. et effectū bona operatione. **Illi** vero sunt luna semiplena qui habent fidē. sed non habent amorem nec operationem. **Beatus** vero dominicus fuit luna plena. quia habuit intellectū illuīatum per fidē. affectum inflāmatum per amorem et effectū informatū per bonā operationem. **Tercio** dicit luna plena. qz habuit plenitudinē forme spīe. i. perseverantie. **Sunt** em̄ qui nec bene incipiunt nec bene p̄ficiunt. nec bene finiunt. et isti sunt luna vacua. **Sunt** qui bene incipiunt sed male p̄ficiunt. isti sunt luna semiplena. **Sunt** et qui bene incipiunt. p̄ficiunt. et finiunt. isti sunt luna plena. **Sed** beatus dñicus bene incepit. qz adhuc sub nutricis cura constitutus in terra iacebat. bene p̄fecit. qz in sua iuuentute vendidit libros et precium pauperibz erogauit. et bene p̄tinuauit et finit. quia totā vitam suā in seruiio dei expendit. **Quarto** beatus dominicus dicitur luna plena. qz habuit imaginis plenitudinem. **Anima** namqz sacra est ad imaginem dei cōp̄tum ad memoriā. intelligentiā et voluntatem. **Quā** igitur deus non est in memoria per retentiōem. nec in intelligentia p̄ fidē nec in voluntate per amorem tunc luna est vacua. **Quando** vero quis habet deū in intellectu per fidē. sed non habet eū in amore p̄voluntatē tunc imago lune est semiplena. **Beatus** autē dominicus habuit eam plenā. qz deū recte cognouit et vere dilexit. in memoria semp̄ retinuit. **Tercio** beatus dominicus assimilā soli. **Nā** dicit augustinus qd in sole tria considerātur. scilicet qd est. qd lucet. et qd caler. **In** beato autem dominico instar solis fuit essentia pura. id est vita sancta. doctrina lucida. et caritas inflammata. **Amittit** autem sol id est prelatus qui deberent esse sol luce suam quantū ad nos quadruplici de causa. **Primo** propter nubis rectionem. id ē

supbie obumbrationem **Ezech. xxxij. ca.**
Solem nube tegam. i. regi pmittra. Sed
beatus dominicus isto modo non amisit
lucem. qz sine nube supbie fuit. vñd liben-
tius morabatur carcasside vbi despiciebat
qz tholose vbi ab oibz honorabatur. Scdo
ppter obiectionem lune. i. leuitatis et incō-
stancie. vñd de hoc **Eccl. xxvj.** Sultus
sicut luna mutatur. Beatus aut dominicus
habuit magnā mentis firmitatem. vñ dē
in eius legenda. tantam seruabat mentis
cōstantiā vt vix aut nūqz semel enūciatū
sermonem cum deliberatione acquiesceret
immutare. Tercio ppter fumū vñ vaporis
obumbrationem. i. carnalis pcupiscencie
exaltationem. **Apo. ij.** Ascendit fumus pu-
tei sicut fornacis magnez obscuratus est
sol et aer de fumo putei. Istā aut exaltatōz
beatus dñicus nō habuit. qz virginitatē
integram custodiuit. Quarto ppter terre
interpositionem. i. terrenozū cupiditatem.
Iere. vi. A minori vsqz ad maiorem oīs
auaricie studēt. Sed beatus dñicus isto
mō obscurari nō potuit. qz voluntariā pau-
patez elegit. **Gal. vi.** Vibi mūdus cru-
cifixus est et ego mūdo. Mūdus quippe
sibi crucifixus ē. qz ipm mūdū et omnia
mūdāna et terrena cupiditates vilipen-
dit et desperit. Et ipse mūdo crucifixus est
qz de mūdo non fuit reputat? nec mūdus
de ipso curabat.

De eodem. Sermo. ij.

Puerus meus qui ē in te ver-
ba mea que posui in ore tuo non
deficiēt de ore tuo. et d ore semis
tui dicit dñs amodo et vsqz i sempiternū
Isa. lix. Uex predicatorē tria p̄mendant
scz vita sancta. doctrina assidua. et sapiēs
ples et secunda. Istā tria beatū dominicū
p̄mendabilē reddūt scz vita sancta. cū dē
Spūs meus qui est in te. ipse ei spm sc̄m
habuit. et ideo non tm verbo sed etiam ex
emplo et virtutibz predicauit. Utebat ei
doctrinis. exemplis. et etiam miraculis.

Quidam ei erant insci et ignari. et q̄tum
ad istos utebat bonis et vñlibus doctri-
nis vt eos instrueret. Quidam erant infi-
pidi et indeuori. et q̄tum ad istos utebat
gratijs et exemplis vt indeuoros attrabe-
ret. Quidam vero erant duri et obstinati.
et quātum ad istos utebat miraculis vt
eos puerteret. De his tribz dicit **Marci**
ultimo. Illi autem p̄fecti predicauerunt
vbiqz. ecce doctrina fructuosa. domo co-
operante et sermonem p̄firmāte. ecce vita
gratiosa. sequentibz signis. ecce miracula
virtuosa. De his tribz etiam dicitur. j.
Iohannis. v. Tres sunt qui testimoniū
dant in celo. id est in beato dominico spi-
rituali et celesti. scz pater qui sibi dedit mi-
raculorum potētiā. filius qui sibi dedit
predicandi sapiētiā. et spūs sanctus qui
sibi dedit virtutem et gratiam. Secundū
est doctrina assidua. cum dicit. Et verba
mea que posui in ore tuo. quod est contra
predicatores defidiosos qui verba dei nō
habent in ore p doctrinam sed abscondit
in corde p defidiā et p incertiā. Et tamē
sunt quatuor que abscondi non debent. scz
sapiētia et thesaurus. **Eccl. xij.** Sapiē-
tia abscondita et thesaurus inuisus. que
vñlitas in vtriusqz. Talentum vt habetur
Matth. xxv. et frumentum **Proverb. xi.**
Qui abscondit frumentum maledicetur
in populis. Non debent verba dei abscon-
di quia sunt sapiētia dei. qua mediante
indocri instrunt. **Psalm.** Testimoniū
domini fidele sapiētiā prestās puillis
Sunt thesaurus dei quo egem dñantur.
Psalm. Bonus mihi lex oris tui sup milia
auri et argenti. Sunt talēta quibus serui
peccati redimunt. et ad ista talēta aurea
christus nos admonet companda. vt ha-
bet **Apo. iij.** Suadeo tibi emere a me au-
rum ignitum pbatum et c. Sunt frumen-
tum dei quo fideles reficiūt **Matth. iij.**
Non in solo pane viuit homo. Tercū
est ples sapiens et secunda. cum dicitur.

Et de ore seminis tui. Semen enim beati dominici fuit ordo predicatorum quem in christo per euangelium generauit. Non enim ipse ordo fuit a casu inuentus. vel ex humana prudentia institutus. sed fuit potius a deo destinatus. **Lu. xiiij.** Misit seruum suum dicere inuitatis ut venirent. **Grego.** Hora cene finis est seculi. In hoc fine mittitur seruus. id est ordo predicatorum ad inuitatos per legem et prophetas ut repulso fastidio ad gustandum cenam se prepararent. **Secundo** fuit a prophetis prefiguratus et maxime ysaia. **vi.** vbi dicitur quod in quarta quadriga erant equi varii et fortes. Isti equi sunt predicatores christi per vniuersum mundum portantes. Et dicuntur varii non tantum propter habitum. sed etiam propter varietatem virtutum. Et dicuntur fortes. quia fortiter sciunt pugnare et se defendere. et sunt in quadriga scilicet quarta. In prima enim quadriga sunt equi rufi. id est ordo martirum. In secunda sunt nigri. id est ordo confessorum qui se per macerationem demeruerunt. In tertia sunt equi albi. id est ordo virginum. In quarta sunt equi varii. id est ordo doctorum et predicatorum. **Tercio** iste ordo fuit a matre dei impetratus et habitu insignitus. Nam cum quidam sanctus vir ante istius ordinis institutionem instaret orationi vidit beatam virginem mariam per humano genere exorantem. cui ait christus. Quid amplius possum facere. Visti patriarchas et prophetas et papas se emendauerunt veni et ego ad eos. Deinde misit apostolos et me et eos occiderunt. Visti etiam martires et confessores ac doctores et nec illis acquieuerunt. Sed quia non est propheta ut aliquid tibi denegem dabo eis predatores meos. Fuit etiam ipse ordo predicatorum a virgine gloriosa in habitu insignitus. Nam cum prius fratres habitum a humis deferrent. beata virgo habens quem nunc habent eis officium dedit. Quarto fuit ab apostolis dei scientia et plantia decoratus. Nam petrus et paulus

ibi sibi apparuerunt. cui petrus baculum paulus vero librum tradidit et dicentes. vade predica. quoniam ad hoc ministerium a deo es electus. Per librum autem significatur donum scientie. et per baculum intelligitur fortitudo plantie. que duo in predicatoribus maxime requiruntur. **Quinto** a vicario dei fuit confirmatus. Cum enim summus pontifex beato dominico ordinis predicatorum confirmationem petenti se difficilem exhiberet. sequenti nocte vidit in visione quod ecclesia lateranensis ruinam minaretur. et ecce beatus dominicus occurrit. et humeris superpositis ipsam ecclesiam sustentauit et cetera. **Sexto** fuit a beato dominico institutus. Unde super illud **Ecclesi. x.** Utilem rectorem in tempore suscitauit. Dicit glossa interlinearis. id est ordinem predicatorum et cetera.

De eodem

Sermo. iij.

Lex veritatis fuit in ore eius et iniquitas non est inuenta in labiis eius. in pace et equitate ambulauit mecum. et multos conuertit ab iniquitate. **Malach. ij.** Ex his verbis ostenditur quod beatus dominicus habuit triplicem perfectionem. **Primo** namque fuit perfectus quantum ad se cum dicitur. Lex veritatis fuit in ore eius. et iniquitas non est inuenta in labiis eius. Que perfectio fuit in veritatis scientia cum dicitur. Lex veritatis fuit in ore eius. et in sanctitate vite cum dicitur. et iniquitas non est inuenta in labiis eius. **Circa** primum notandum quod quadruplex est lex. **Prima** est lex cupiditatis que est aduocatus. **Isaie. v.** Ne qui iustificatis impium per munusculum et iusticiam iusti auferitis ab eo. **Secunda** est lex vanitatis que est philosophorum. **Sapient. xiiij.** Glani sunt omnes homines in quibus non est scientia dei. **Tercia** est lex iniquitatis que est malorum. **Sapientie. ij.** Sit autem fortitudo vestra lex iniusticie et cetera. **Quarta** namque lex est lex veritatis que

x. ij.

lex est sanctorum Sap. x. Dedit enim illi scientiam sanctorum. Beatus autem dominicus non habuit legem cupiditatis. quia omnia terrena precepit nec legem vanitatis. quia philosophica dogmata vilipendit. neque legem iniquitatis. quia innocentiam custodivit sed ipse habuit legem veritatis. quia in illa studuit et eam amplexatus fuit. **Pro** uerbi. iij. Accipe illam et exaltabit te. glorificabis eam cum ea fueris amplexatus. **S**ecundo perfectio beati dominici fuit in sanctitate vite cum dicitur Et iniquitas non est inuenta in labijs eius. **V**in? dicitur plus significat. Non solum non fuit in ipso iniquitas. sed potius in ipso magna sanctitas. **P**erfecte autem sanctitatis sex sunt signa. **P**rimum est uberior fletus Aug. Taro quisque est sanctior et sancti desiderij plenior quanto fit eius in oratione fletus uberior. **I**stud signum habuit beatus dominicus. de quo dicitur Speciale sibi gratiam dominus prebulerat flere pro peccatoribus miseris et afflictis. **S**ecundum est mundi despectus. **U**nde sanctus in greco dicitur agnos. id est sine terra quia ille vere est sanctus qui est sine terra auaricie. Et beatus dominicus mundum despectit et quantum ad diuitias quia omnia terrena precepit. et quantum ad delicias. quia virginitatem seruauit. et quantum ad honores quia episcopum fugit. **T**ercium est mentis excessus. **i. Cor. i.** Siue mente excedim? **et. Psal.** Ego dixi excessu meo omnes homines mendax. Et de beato dominico dicitur. quod intantum rapiebat mentis excessum et maxime quando missa dicebat ac si christum ibi visibiliter videret. **Q**uartum est moriendi desiderium. **Phil. i.** Desiderium habens dissolui et cum christo esse. Et de beato dominico dicitur. Siciebat seruus dei martiri. sicut finis ceru? ad aque fluuium. **Q**uintum est appetitus celestium. **Phil. iij.** Nostra ciuitas in celis est. **C**riso. Nihil debet habere terrenum qui vult esse celestis. Et de beato dominico dicitur. Nocte celi plustrans lumina **et. Sextus**

est facilis impetratio gratiarum. **Psal. iij.** Vocabit me et ego audiam eum. **Ma. lxx.** **A**dhuc illis loquens ego audiam. **I**sto signum habuit beatus dominicus qui legitur dixisse. numquid a deo aliquid petij. quod non assequeretur iuramentum. **S**ecundo fuit perfectus quantum ad deum quod notatur cum dicitur. **I**n pace et equitate ambulauit mecum. **I**psa enim cum deo in equitate ambulauit. quia se totaliter deo mancipauit. **V**ulti autem sunt qui cum deo inequaliter ambulant. quia partem peiorem dant deo et meliorem mundo et diabolo scilicet de corpore suo diabolo inuentutem et deo senectutem. **Dee. vii. ca.** **C**omederunt alieni. id est demones. robur eius. inuentutem **et. De suo corde.** quia dant deo intellectum per fidem et mundo dant affectum per amorem. **Titum. i.** Confiteantur se nosse deum. factis autem negant. **D**e tpe suo. quia diabolo dederunt tempus presentium et presens. sed deo dare volunt futurum et dicunt. **Ego agam penitentiam cum tamen dicatur. Eccl. ix.** Omnia in futurum seruantur incerta. **D**e opere suo deo dant corticem et terriorem per apparentiam. sibi autem retinent medullam interiorum per vanam gloriam et intentionem obliquam. **Mat. xij.** **D**ia opa sua faciunt ut videantur ab hominibus. **E**t de substantia sua quia deo dant vilia et sibi retinent preciosa sicut fecit Cayn qui spicas corrosas deo obrulit et plenas sibi retinuit. **S**ed beatus dominicus cum deo in equitate ambulauit quia totum suum corpus et totum cor suum et opus suum et totam substantiam suam deo obrulit. **T**ercio fuit perfectus quantum ab hominibus. cum dicitur. **E**t multos auertit ab iniquitate. **A**uertit quidem eos dupliciter. scilicet verbo doctrine et exemplo vite. **N**am assidue predicabat et multos conuertebat. **ij. Thimo. iij. capi.** **P**redica verbum dei instanter oportune. **E**t ideo monstratus est in specie cauli accensam faculam baiulantis. **I**psa enim obiurgabat incendebat et demulcebat

Obiurgabat malos sc̄q̄ larraru increpari
omis. Demulcebat bonos lingua lemen/
tis exhortationis. ⁊ inflammabat omnes
ad regulam amoris. Ibidem. Argue sci/
licet bonos exhortando. obsecra om̄es sc̄q̄
ad viam bonam deducendo. increpa ma/
los sc̄q̄ obiurgando. Ideo in archa moysi
erant manna. virga. ⁊ tabule. quia in bea/
to dominico qui fuit archa dei fuit māna
dulcis exhortationis quo ad bonos. vir/
ga correctionis quo ad malos. ⁊ lex amo/
ris quo ad omnes. quia illa exhortatio ⁊
correctio pcedebant de fonte amoris. Se/
cundo malos auertit exemplo sue vite. Di/
stinguit autem augustinus in libro de ci/
uitate dei triplex genus vite. sc̄q̄ ociosum.
actuosum. ⁊ ex totoq̄ ppositum. Primū
genus vite est in octo preimplationis. Se/
cundum in labore actionis. Tercium in
excellencia perfectionis. Istud triplex ge/
nus vite habuit beatus dñicus. De duo/
bus primis dicit. Nocte celi plus trans luia
remis dat verbi semina. Habuit etiā terci/
um qd̄ p̄sistit in excellencia perfectionis. //
Est aut̄ perfectio triplex. Una est excellēs
que p̄sistit in preceptorū obseruatione. Et
istam perfectiōem habuit dum adhuc esset
laycus. Secunda est excellentior. que cō/
sistit in p̄silioz additione. ⁊ istam habuit
dū factus esset regularis canonicus. Ter/
cia est excellentissima. ⁊ ista consistit in su/
pererogatione. ⁊ istam habuit quando fac/
tus est vir apostolicus. Tunc enim mul/
ta p̄silio superogauit. ut p̄ore p̄silio pau/
peris. nihil habere p̄prium non tantum
in speciali sed etiam in p̄muni. Et cōsilio
obedientie seruare obediētiā non solū v̄s/
q̄ ad p̄mēlias verborū vel ablatiōem rez
vel iniurias verborū sed etiam v̄s q̄ ad mor/
tem. Consilio castitatis addidit. qz nō fu/
it p̄tentus seruare castitatem p̄inentie sed
etiam seruauit castitatem virginalis mun/
dicie.

De eodem

Sermo. iij.

Istis seruum suum hora cene ⁊c.
Luce. xiiij. Per cenā finis seculi
Per seruum ordo predicatorū si/
gnificat. Huius ordinis beatus dñicus
fuit institutor. Ad bonitatē autē serui tria
maxime requirunt. Primum ē fidelitas. //
Matth. xxiij. Quis putas est fidelis ser/
uus ⁊ prudens. Istam fidelitatem beatus
dominicus deo seruauit. Tria enim ab ip/
so accepit. sc̄q̄ corpus. animam. ⁊ res tem/
porales que deo fideliter reddidit. Nam
de carne reddidit deo puritatem. de mente
deuotam orōnem. de rebus liberalem ad
pauperes distributiōem. Fuit etiam fide/
lis seruus. qz in h̄is que faciebat non su/
um sed domini sui honorem intendebar.
quod est p̄tra illos qui in h̄is que faciūt
gloriam mundi querunt. Ipsa autem hu/
mana gloria aliqui opus bonū p̄cedit. ⁊
tunc illud opus est penitus intermitten/
dum. qz ex corrupta radice non potest bo/
nus fructus prodire. Aliquando cōcomi/
tatur. ⁊ tunc opus est p̄tinuandum ⁊ per/
ficiendum. Aliquando vero subsequitur
quando quis de aliquo bono qd̄ fecit in/
tra se vane gloriā ⁊ tunc ad p̄fessionem ē
recurrendum. Istud autem vicium vane
glorie s̄m eundem criso. difficulter vinci/
tur triplici de causa. Primo quia d̄ bono
nascitur. Sicut enim ex vestimento tinea
nascitur que vestimentum corrodit. ⁊ ex
oleribus nascit̄ vermis qui olera corrum/
pit. sic ex bonis operibus interdum vana
gloria nascit̄ que ipsa bona opera ledit. //
Secundo quia nō habet contrarium per
quod vincatur. sicut fornicatio habet pro/
p̄tario castitatem. Superbia p̄ cōtratio
habet humilitatem. // Tercō quia quanto
plus compescitur tanto plus augetur. Et
ratio sc̄dm eundem Crisostomum est. qz
omne malum ex malo nascitur. sola autē
vana gloria de bono p̄cedit. ideo non ex/
tinguitur per bonum sed magis augetur
Secundo ad bonitatem serui spectat m̄s
x. iij.

dicta. **Psal.** Ambulans in via immacu-
lata hic mihi ministrabat. **I**sta mundicia
beatus dominicus habuit. quia virgini-
tatem integram custodivit. **Q**ue quidez
virginitas beati dominici virginitati ma-
rie virgini inq̃tum fuit possibile similis
multum fuit. **I**psa enim habuit virgini-
tatem integram. quia fuit virgo et mente
et carne. sic et beatus dominicus integra-
tem carnis habuit et etiam mentis purita-
tem seruauit. **U**na enim sine alia nō suffi-
cit. **U**nde angelus qui iohanni apparuit
zona aurea cinctus in pectore aduenit. vt
habet **Apoca. j.** quia talis debet esse ange-
licus per integritatem carnis. et debet esse
cinctus p mundiciam cogitationis. et de-
bet esse cinctus i pectore zona aurea. quia
hoc debet facere ex caritate cordis. **S**cō
beata virgo habuit virginitatem dedica-
tam christo. quia ipsam primo deo vouit
et dedicauit. sic beatus dominicus virgini-
tatem suam deo vouit et vendidit. **P**ro-
uerbioz. ultimo. Syndonem fecit et ven-
didit et cingulum tradidit cananeo. **P**er
syndonem que multis tunctionibz ad can-
dozem deducit significat virginitas que
multis macerationibz habet. **I**sta virgi-
nitas debet deo vendi. i. deuoueri. **I**n qua
venditione homo cum deo multuz lucrat
quia dat deo corrozis et anime puritatem
recipit ab eo eiusdem corporis et anime fe-
licitatem. **I**sti autem qui mūdo eam ven-
dunt multum pdunt. quia dant auz vir-
ginitatis et recipiunt plumbū. scilz corru-
ptionis. et castitatis cingulum quo sinus
fluribilium cogitationum restringit cana-
neo traditur. quādo christo qui est relator
sponse sue ipsa virginitas deuouet. **T**er-
cio virgo beata habuit virginitatem trā-
fusiuam. qz licet pulcherrima fuerit a nul-
lo tamen potuit concupisci. quia puritas
sua in alios transfundebat et omnes mo-
tus illicitos eringuebat. **I**stud etia fuit
in beato dominico. quia cum quidam sco-

laris carnis lubricum pateret et manum
eius oscularet ipse scolaris tantuz ex illa
manu virginea prodire sensit odorem q
eius cor penetravit et omnes pcupiscentie
estum extinxit. ideo eius odor assimilari
potest odori cedri et myrre. **S**icut ei odor
cedri fugat serpentes et odor myrre fugat
verines. sic odor sue puritatis immūdas
expellebat cogitationes. **T**ercio ad boni-
tatem serui requirit vigilantia **Luce. xij.**
Beati serui illi quos cum venerit dñs in-
uenerit vigilātes. sed beatus dominicus
valde in orationibz vigilauit. **C**uius ser-
circūstantias habuerunt. **P**rimo namqz
fuerunt feruentes. vñ legi q frequenter
cum vestibus balneatis in ecclesia pno-
tabat. **V**ane autem facto huiusmodi sue
vestes magis sicce reperiabant qz vestes
sociorum suorum quibus vestes suoz soci-
orum iuxta ignē tota nocte dimittebant
Tantus enim ardor amoris eius pectus
inflammanerat q eius corpus feruere fa-
ciebat. et sic corpus succensum vestimēta
madida efficcabat. **S**ecundo fuerūt effi-
caces. vnde dicit cuidam suo familiari.
Nunqz a deo quicqz petij quin illud cōse-
querer iuxta votum. **I**pse enim a deo et
audiri meruit et ppter intēsum clamorem
cordis. **Psal.** Clamauit ad me et ego ex-
audiam eum. et ppter impletōnem diuine
volūtatīs. **Psal.** Volūtatē mimentū
se faciet. et ppter magnitudinem creduli-
tatis **Nath. xxi.** **Q**uecūqz penetratis in
orōne credētes accipietis. **T**ercio fuerūt
lenes et ideo in celū ascendebar. **I**lla em
oratio est grauis que vel h pondus peti
Isai. j. Cum multiplicaueritis orōne nō
eraudiā rē. vel pondus terrenitatis **He-
bre. xij.** **D**epōnētes omne pondus rē. vel
pondus carnalitatis. **I**n veteri autē lege
de altari holocaustozum erat via ad altare
incensi. quia de mortificatione carnis trā-
sit ad suauitatem orōis. **I**stud aut pon-
dus orōnes beati dñici nō habuerūt. qz et

sine peccato exiit ⁊ terrena contempsit.
 ⁊ carnem suam maceravit. **¶** Quattro fue-
 runt priuue. qz in orōe priuue pnoctabat
Luce. xviij. **¶** Oporteret semp orare ⁊ nunq̃
 deficere. Vere ipse non deficiebat qñ ora-
 re incepit in sua puericia. qñ super nudam
 terrā accumberebat. ⁊ psecutus est in etate
 reliqua. ⁊ psummauit in morte sua qz tūc
 xpō filios suos recōmendauit. ⁊ pollicit⁹
 est seruatur⁹ post mortē suam. **¶** Quinto fu-
 erunt deuote. qz tanta dulcedine plenus
 erat qd sepe a seipso deficiat. **ps.** **¶** Demoz
 fui dei ⁊ delectatus sum. **⁊c.** **¶** Sexto fueit
 sincere. qz non petebat aliqd terrenū pmo-
 dum sed salutē animaz. vnde de eo dicit qd
 sepe deū rogauit qd talem grām sibi infun-
 dere dignaret que se totum posset impen-
 dere utilitanti pxiimoz. **⁊c.**

De eodem **Sermo.v.**

Opus fac euangeliste . ministeriū
tuū imple . sobrius esto . **ij. Thi**
mo. iij. Ex hīs verbis ostendit
q̄ laudabiliter beatus dominicus se ha
buit quo ad primū . quo ad deum . ⁊ quo
ad seipsum . Quo ad primū quidem lau
dabiliter se habuit . q̄ verbo ⁊ exemplo p̄
dicauit . qđ notat cum d̄r . **O**pus fac euā
geliste . **A**d verū aut̄ euangelistā quatuor
requirunt̄ . sc̄z doctrina . scientia . vita . ⁊ cō
stantia . ⁊ ista quatuor tangit dñs **Lu. xxi.**
Ego enī dabo vobis sc̄z apostolis qui fu
erunt in agne p̄fectionis . ecce vita . os . ec
ce doctrina . ⁊ sapiam . ecce scientia . cui nō
poterunt resistere ⁊ p̄dicare ōnes aduer
sarij vestri . ecce constantia . **S**cientia enim si
ne doctrina nullius est utilitatis . doctrina
vero sine scientia est in agne fatuitatis . sci
entia ⁊ doctrina sine vita est in agne vani
tatis . ⁊ habere ista tria sine constantia mag
ne est despicibilitatis . q̄ timidi ⁊ pusilla
mines ab omnibz p̄tenuantur . **B**eatus
iḡr dominicus habuit scientiā cum doc
trina alias sua scientia nullius fuisset ori
litis . **Ecd̄. xx.** Sapientia abscondita ⁊

thesaurus inuisus. que utilitas in uicisq;
Tria naq; sunt que non debent abscon-
 di iusticia dei. ueritas dei. ⁊ mia dei. **ps.**
 Iusticia tuam non abscondi in cord meo
 ueritate tuam ⁊ salutare tuu dixi. **Ad** ab-
 scondi miam tuam ⁊c. **P**relatus igit de-
 bet manifestare iusticia dei ⁊c. per qua sub-
 dit sollicitent in operandis. **V**eritate dei
 per quam insituant in credendis. ⁊ miam
 dei p qua amiment in diligendis. **S**ecu-
 do beatus dñicus habuit doctrina cu scia
 alias doctrina fuisset magne fatuitatis.
 vnde grego. **P**ecce estot qd stulte sapitur
 stulte predicet. **j. Thimo. j.** Non intelli-
 gentes neq; que loquunt neq; q affirmat
Tales sunt sicut filij viperaz. qui ante te-
 pus rumpunt maternu uter ut exire possi-
 sint ad ortu. **S**ic ⁊ multi ante tps interru-
 punt studiū ut exire possint ad predicadu
Tercio habuit sciam ⁊ doctrina cum vi-
 ta alias totū fuisset vanitas. **M**agna em
 vanitas est instar candelæ alios illuare ⁊
 seipsum psumere. **T**ales hnt voces iacob
 .i. doctrina sed manus esau. i. opationem
 malam **T**ales sunt similes illi egiptio de
 quo legit **Num. xxiij.** qui natus erat ex
 patre egiptio ⁊ matre iudea qui deū ista
 bel blasphemauit. **T**ales enim nascuntur
 ex patre egiptio. i. dyabolo ppter malam
 vitam. sed vident esse filij iudee. id est ec-
 clesie ppter doctrinam. **Q**uarto habuit
 constantiam ptra hereticos ⁊ infideles. ali-
 as cetera precedentia fuissent magne de-
 spicibilitatis. **S**cdm aut crisostomū tria
 sunt genera hominū qui in suis opationi-
 bus timere non dñt. **U**nde ait. **A**iles si
 bellum timeret nunq; victoria frueret. **A**-
 gricola si labores fugeret. nunq; fructus
 terre colligeret. **N**egotiator si terre ⁊ ma-
 ris pericula formidaret. lucri commercia
 non pgregaret. **S**ic serui domini si pericu-
 la temptationis abhorrent ⁊ ociosi resi-
 deant nunq; pbarionis coronam inueni-
 ent. **B**eatus ergo dñicus non timuit. sed

valde constans fuit. Et eo q̄ fuit miles
cristi. ij. **Thimo. ij.** Labora sicut bonus
miles ihesu cristi. Et sicut agricola dei.
Ibidem. Laborantem agricolam oportet
primo de fructibus percipere. Et negociator
regni **Luc. xix.** Negociamini dum venio.

Secundo beatus dominicus laudabiliter
se habuit quo ad deum cuius ministerium
adimplevit. quod notat cum dicit. **Vi-**
nitium tuum imple. Ministramus quidē
deo suam intelligentiam p̄ fidem. nō quā
cūq̄ fidem sed firmam et certam et dilec-
tioni cōiunctam. ij. **Thimo. iij.** Bonum
certam ē certam cursum p̄summam. fidei
servavi. ecce q̄ firma. in reliquo reposita
est mihi corona iusticie. ecce q̄ certa. non
solum mihi sed et his qui diligunt adue-
tum eius. ecce q̄ p̄iuncta dilectioni. **Se-**
cundo beatus dominicus ministravit deo
suam affectuam p̄ amorem. **Voluit enī**
terrena querere. sed spūalia et celestia desi-
derare. q̄ terrena in vita habent laborem
Ecc. viij. Est homo qui diebus ac nocti-
bus somnium non capit ocul. rē. In morte
habent dolorem. **Eiusdem. v.** Divitie cō-
gregatę in malū domini sui pereunt in af-
flictione pessima. Post mortem pariunt
vacuitatem et famem **Job. xviij.** Dives
enim cum dormierit nihil secum affert rē
Bona autem spūalia in vita habent dele-
crabilitatem. **Psal.** Cantabiles mihi erāt
iustificatōes tue. In morte securitatem
Proverbi. iij. Si dormieris nō timebis.
rē. Post mortem satietatem **Psalmista**
Satiabor cū apparuerit gloria tua. **Ter-**
cio ministravit deo suam operariam p̄ sol-
licitam operatōem. Ipse enim bonis ope-
ribus vacavit. Et in puericia sua. q̄ sub
nutrice sua p̄stitutus lectum dimittebat.
et sup̄ nudam terram accubebat. In iu-
ventute. quia libros vendidit et pauperi-
bus erogavit. Et tota reliqua sua etate
q̄ totam vitā suā expendit in dei serviciū
et puerionem animarum. **Quarto mini-**

stravit se totum deo. Nam cum a deo ac-
ceperit corpus et animam et res. Ipse cor-
pus dedit proximo ad vendendum sicut
pater in legenda Animam ad comparien-
dum. Unde dicit de eo. Specialem sibi
gratiam dominus dederat flere pro pecca-
toribus miseris et afflictis. Et res ad sub-
veniendum. quia omnia sua pauperibus

Erogavit. **Tercio** laudabiliter se habuit quo
ad seipsum. cum dicitur Sobrius esto.
Circa quod notandum q̄ quadruplex ē
homo. scilicet homo brutalis qui scilicet se
quitur appetitum sensualitatis. **Psalm.**
Comparatus est homo iumentis insipi-
entibus et similis factus est illis. Et iste
non est sobrius sed ebrius ebrietate car-
nalis lascivie. **Proverbi. xviij. capi.**
Veni et inebriemur vberibus. **Secundus**
homo est ipse homo rationalis. qui scilicet
vivit scdm̄ rationis imperiū. **j. Cor. viij.**
Qui autem habent uxores tanq̄ non ha-
bentes sint et cetera. Iste ē sobrius sobrie-
tate temperantie. Unde dicitur de vino to-
cunditatis humane. **Ecclesi. xxxvij. capi.**
Si bibes illud temperatus eris
sobrius. **Tercius** ē homo angelicus qui
scilicet mundū et omnem acrum carnale
penitus deserit et angelico more vivit. de
talibus dicitur **Luce. vicessimo ca.** Equa-
les enim sunt angelis. Iste est sobrius so-
brietate abstinentie. quia abstinet a mūdo
et a delectatōibz mundi. **j. Thessa. v. ca.**
Nos qui dei sumus sobrii sumus. **Quar-**
tus est homo divinus. scilicet qui totus
p̄ amorem transit in deum. Tals erat a-
postolus qui dicebat ad **Galathas. secū-**
do capi. Quia ego iam non ego et cetera.
Et iste est sobrius sobrietate vicinze ven-
turus ad satietatem patrie. **Canticorum**
quinto. sic dicit Bibite amici. ecce sobrie-
tas vie. et inebriamini carissimi. ecce facie-
tas patrie. Beatus igitur dominicus nō
fuit homo brutalis. q̄ sensualitatē suam
tōni subigebat. nec fuit p̄tent? eē solūmō

homo rationalis. qz omnibz mundanis et terrenis abrenūciabat. sed fuit homo angelicus. qz ab omni carnali delectatōe abstinuit. et fuit hō diuinus qz totus p amorē in deū transiuit de sobrietate uie pueniens ad sanietatē patrie. Unde de eo dicitur. Liber carnis vinculo celos introiuit. vbi pleno poculo gustauit et sitiuit.

De eodem Sermo. vii.

Quos estis sal terre. **Matth. v.** In quantū presens euangelū ad hōnorē beati dñici decantat. ipse ibi dem assimilatur sal p diēni. luci resurgenti. ciuitati eminenti. et lucerne in candelabro radianti. Ipse namqz habuit diuinā sapiētiā. et ideo assimilatur sal p diēni cum dicitur. Quos estis sal terre. Dicitur aut sal ratōe originis. rōne nominis. et rōne virtutis. Rōne originis. qz sicut dicit **Crisostomus** super **Matth.** Natura salis generatur per aquā. per calorem solis. ac p flatū venti. et ex eo qd fuit in aliam spem pmutatur. Sic etiā beatus dñicus in vīz spūalem est generatus per aquā. i. lacrimarū effusionem. Unde dicitur de eo. Crebros adiūgens sedulis fletus orōnibz. **Ep̃s.** Lauabis me scz per lacrimarū effusione. et super mē dealbabor. qz inde acquiritur mentis inuouatōem. Per calorem solis. i. per feruentē amorē. Unde interrogatus in quo libro magis studuerat. rēdit. in libro caritatis. **Ps.** Inflāmatum est cor meū scz per feruentē caritate. et renes mei pmutati sunt. scz per mentis puritatē. Per ventū scz spū sancti afflatōnem qui cor eius sic afflabat qd mentis excessum aliqui in eo faciebat. ita qd loquēs cum deo in oratōibz patiebat amoris ebrietatem loquēs cum pximo in exhortationibz ptemperabat se per sobrietatem. **Cor. v.** Siue mente excedimus deo siue sobrii sumus nobis. Secundo dicitur sal rōne nominis. Sal em̃ fm̃ yfido. dicitur a sale. i. a mari salso vel a sole. qz sicut sol omnibz est pximus et necessarius. ita et

sal. Vel dicitur a saliendo. qz salit ab igne. Beatus aut dominicus per suam sapiētiā et doctrinā modo inducebat homines ad peccati amarā pntōem. et tunc poterat dici sal a fallo. modo ad lucidā dei cōgmitionem. et tunc poterat dici sal a sole. et modo ad mundi pemptum et despectōem. et tunc poterat dici sal a saliendo. qz homines ab appetitu mūdi resilere faciebat. iuxta illud **Psalm.** iij. Omnis qui viderit te resiliat a te. Tercio dicitur sal ratōne virtutis. Nam fm̃ crisostomo. Sal in carne fetorem aufert. sordes expurgat. et vermes non finit generari. sic beatus dominicus per suam sapiētiā et doctrinā auferebat fetores male fame. expurgabat sordes cōcupiscentie. et non sinebat in conscientia generari vermē remordentis culpe. Quādo autem sal istam virtutem non habet ad nihilum valere ultra nisi vt mittatur foras et conculceretur ab hominibus. Tales em̃ conculcantur a sanctis in iudicio per condemnationem. **Malach.** ultimo. Calcabitis impios etc. A deo per sui furoris effusionem. **Isaie.** lxiij. Calcaui eos in furore meo etc. Ab angelis per separationem. **Apocalypsis.** xiiij. Calcatis est lacus extra ciuitatem. A demonibz calcantur per eternam cruciationem. **Job.** xxiij. Calcei super eum quasi rex intentus. Secundo habuit lucidam doctrinā. et ideo assimilatur luci resurgenti cui dicitur. Quos estis lux mundi. Dicitur autem lux mundi triplici causa. Primo ppter lucis puritatē. Cum em̃ triplex sit spēs ignis. scz carbo. flāma et lux. nō dixit xps. Quos estis carbo mūdi vel flāma mundi sed lux mundi. Carbo ei est lux in materia terrefra. tales sunt quoz scz doctrina admixta est terrene cupiditati. Flamma est ignis in materia aëris. tales sunt quorum doctrina admixta est humane ambitioni. Lux vero ignis est in sua essentia purissima. Tales sunt quorum scilicet doctrina est pure propter

deum et commodum animarum. Talis fuit doctrina beati dominici. et tales voluit esse doctrinam sequentium filiorum. Unde in testamento quod beatus dominicus in morte fecit tria eis legavit scilicet pauperem. humilitatem et caritatem. In hoc enim quod pauperem legavit noluit quod propter cupiditatem terrenam predicarent. In hoc quod humilitatem eis legavit noluit propter laudem humanam predicarent. et in hoc quod eis caritatem legavit voluit quod predicarent solum propter salutem animarum. **1. Lexia. ij.** Neque enim aliquando fuimus in occasione avaricie deus testis est. Ecce quod non fuit carbo mundi. neque querentes ab hominibus gloriam. ecce quod non fuit flamma mundi. sed facti sumus pueri in medio vestri etc. ecce quod fuit lux mundi. **Secundo** dicitur lux propter lucis effectum siue operationem. Lux enim excitat dormientes. delectat aspicientes. et dirigit operantes. Sic beatus dominicus ista tria in hominibus faciebat. propter que monstratus est in specie catuli latrantis. facule ardentis. et stelle micantis. Fuit enim dei catulus in quantum peccatores latratu siue predicationis a somno peccati excitabat. et fuit facula dei in quantum bonos ad celestia inflammabat. fuit stella dei in quantum omnes in viam iusticie deducebat et dirigebat. **Tercio** dicitur esse lux propter maiorem lucis participationem. Lux enim primo continetur in luminaribus. deinde habetur in nubibus postea in montibus. postea in terris inferioribus. Radius divine gratie et sapientie. primo fuit in apostolis tanquam in luminaribus. deinde fuit in primis doctoribus sicut in nubibus. deinde in moderatis doctoribus sicut in montibus. deinde etiam in subditis et ceteris electis. sicut in terris inferioribus. Beatus autem dominicus in quantum fuit devotus laicus fuit terra dei. et ideo fuit irradians. in quantum fuit regularis canonicus sic erat mons dei et ideo magis fuit illustratus. In quantum

vero fuit homo celestis et angelicus per virginitatem erat nubes dei. Et ideo adhuc amplius fuit illuminatus. In quantum vero fuit vir apostolicus erat luminare dei. Et ideo fuit maxime illustratus. **Proverbiorum. iij. ca.** Semita iusti. id est beati dominici quasi lux splendens. quando scilicet fuit devotus laicus. procedit quando fuit regularis canonicus. et crescit quando fuit effectus angelicus. usque ad perfectum diem quando effectus est vir apostolicus. **Tercio** habuit vitam eminentem. et ideo assimilatur civitati eminenti. cum subditur. Non potest civitas abscondi super cetera. Civitas supra montem posita est sana et munda. et est secunda. sic et religio in eminentia perfectionis est sana propter votum pauperis voluntarie. **Ecclesi. xxi. ca.** Sanitas anime et corporis sobrius potus et etiam sobrius cibus. **Ecce** dicitur **Ecclesi. xxxv.** Propter crapulam multi obierunt et cetera. **Psalm.** Prodit quasi ex adipe iniquitas eorum. Est munda propter votum castitatis et continentie. **1. Cor. vij. ca.** Emundemus nos ab omni inquinamento carnis et spiritus. Est secunda propter votum obediencie. Periculosum est enim quando quis a propria voluntate ducitur. **Ecclesi. xxij.** Si prestes anime tue concupiscentias eius faciet te in gaudium inimicis tuis et cetera. **Quarto** habuit lucidam famam. id est assimilatur lucerne super candelabrum radiantem cum dicitur. Neque accendunt lucernam et cetera. Prelatus etenim sicut alius peminet in ordine. sic peminere debet in fama et opinione. unde dicitur **1. Reg. ix.** quod saul ab humero supra omnem populum eminebat. In humero pondus laboris intelligi potest. super humerum autem est caput in quo maxime visus et adoratus viger. Prelatus ergo debet alius peminere et in labore actionis. et in visu cognitionis et in odore opinionis. sicut multi possunt dicere illud **Isay. iij.** Nolite me pscutere principem populi. non sum medicus et in

domo mea non est panis neq[ue] vestimentu[m]. Non enim possunt curare aliena vulnera exemplo vite. nec habent panem sacre doctrine. nec ornamentum bone opinionis et fame. Sed de beato dominico potest dici illud *Matth. v.* Qui autem fecerit. ecc[ess]e vita sancta. et docuerit. ecce doctrina clara. hic magnus vocabitur in regno. ecce eminens fama. Fuit namq[ue] magnus in regno celoz. i. in ecclesia militante. sed maior est maior in ecclesia triumphante.

De sancto Laurentio martire.
Sermo primus.

Probauit me qua

si aut[em] quod per ignem transit. *Job. xxiij.* Beatus laurentius fuit aurum propter p[er]fectionem vite. et fuit p[ro]batu[s] p[er] examinationem pene. Dicitur aut[em] inquantu[m] fuit prelatus. et inq[ui]tum fuit martir inuictus. et inq[ui]tum fuit predicator gloriolus. Dicitur aut[em] inquantu[m] fuit prelatus. Est namq[ue] aut[em] temperatum. solidu[m] et puru[m]. Sic ena[m] prelatus debet esse temperatus in iusticia. solidus in vita. et purus in conscientia. Aut[em] habet ex temperantia q[uod] sit calidum et humidu[m]. sic prelatus debet habere istud temperamentu[m] vt sit calidus per amorem. et humidus per p[er]passionem. Istud aut[em] temperamentu[m] h[ab]et aurum grego. quadrupliciter ponit. Primo quatuor vnum seuicitatis temperat oleo pietatis. sicut pater in samaritano. Secundo quando virga correctionis temperat manna dulcedine. sicut pater in archa in qua erat virga et manna. Tercio quando virga ferentis discipline temperat baculo sustentantis misericordie. *ps.* Virga tua et baculus tuus etc. Quarto quando rigor paterne rectitudinis temperate miscet lenitate matris p[er]passionis. Secundo aurum est solidu[m]. ex qua soliditate habet q[uod] non tingit sicut alia metalla. Prelatus ergo

debet habere vitam tam solidam q[uam] subditos non tingat. i. p[er] malum exemplu[m] non inficiat. Valum ena[m] exemplu[m] prelatoz cito inficit vitam subditoz. sicut beatus greg[orius]. ostendit exemplo capitis. ducis. oculi. et pastoris. Languente inquit capite membra incassum vigent. Frustra exercitus velociter sequit[ur] si a duce errat. Oculu[m] qui p[re]uidendis gressib[us] p[re]eminent cura pulueris non obscurat. Pastor na[m]q[ue] cum p[er] abrupta gradit[ur] necesse est vt ad precipitiu[m] grex sequat[ur]. Tercio aut[em] est puru[s]. q[uia] prelatus debet esse purus et mundus in p[er]scia. *Un[de] greg[orius].* in pastoralis dicit. Nulla p[re]sule immundicia polluat. q[uia] hoc eius suscepit officiu[m] vt in alienis cordib[us] pollutiois maculas tergat. q[uia] necesse est vt mundas studeat habere manus qui alioz sordes munda[n]t curat ne tacta deterius inquinet. Si ena[m] sordida insequens lutu[m] tenet q[uod] tangit potius inquinat. Beatus vero laurentius martir inq[ui]tum fuit prelatus. i. archidiaconus dicitur aut[em]. q[uia] ipse fuit p[ro]batu[s] h[ab]ito calore feruoris in rep[re]hendendo. et humiditate p[er]passionis in pauperib[us] p[ro]patiando. Fuit ena[m] solidus solidu[m] exemplu[m] sanctitatis p[re]bendo. Et purus mundiciam mentis et corp[or]is sectando. Secundo beatus laurentius fuit martir inuictus. et inq[ui]tum ad hoc similiter p[ro]parat auro. Aurum namq[ue] sub malleo non resistit vt ferru[m] non frangitur vt vas terreum. nec resonat vt es sonorum. sed in subtilissimas laminas dilatatur. Sic ena[m] laurentius sub malleo tribulatiois diuine correctioni no[n] resistebat p[er] mentis aut intentionis duriciam. vt illi fecerunt. de quib[us] dicitur *Job. xij.* Cor eius indurabitur quasi lapis. Nec fuit fractus p[er] aliquam m[en]tis diffidentiam. vt illi qui significantur p[er] statuam damielis. cuius pedes fictiles lapidis percussit et comminuta fuit. Nec murmurauit p[er] impatientiam. sicut dicit *Ecclesiast. i.* Vir sapiens et disciplinatus non